

Sela filꝰ Iude cū adhuc eſſet paruulꝰ. nō dedit eū iudas thamar q̄ fuerat vxoꝛ her ⁊ onam: ſed remiſit eā viduā in domū patris ſui. Cū aūt Sela creuiſſet timuit euꝫ dare ne occidereť: ſicͭ fratres eiꝰ. Vn̄ thamar meretriceꝫ ſe caute ſimulās ⁊ ſedēs in biuio cōcepit de iuda ⁊ pepit phares et zaram. vtꝫ Gen̄. 38.

Vincēciꝰ in ſpeculo hyſtoriali. li. 2. ca. 118. Ponit hic hyſtoriā pulchrā de Aſſenech: quō erat pulcherrima et honeſtiſſima ſed elata et ſupba cōtemnēs omem virū: ⁊ quē priꝰ noluit poſtea ſūme deſiderauit: ſcꝫ habere ioſeph in virū viſa pulchritudine ⁊ ſapiā ⁊ modeſtia ſua: ſed ipſe noluit aſſentire: niſi priꝰ dimitteret ydola q̄ colebat et contriſtata ſup hoc: angelo inſtruente effecta eſt fidelis.

Rhodos vrbs a qua inſula litte Rhodꝰ nomē accepit ante natiuitatē xpi. 740. tpe ioſeph a Telchinis et a cariatibꝰ a pharoneo Argiuoꝝ rege iaꝫ diu deuictis cōdita eſt. et prima cycladū veniētibꝰ ab oriēte in qua vt pomponius refert roſe capulū dū vrbis fundamēta foderēť inuentū. a q̄ ciuitas ⁊ inſula cognomīata putať. Nā rhodos grece latine roſa diciť. hec inſula nongētoꝝ ſtadioꝝ ambitu cōtineť. Preter cetera in admiratiōe fuit. Solis colloſꝰ rhodi quē fecerat lyndꝰ liſippi diſcipulꝰ. Qui. lxx. cubitorum altitudis fuit. Qui pꝰ quīquageſimūſextū annū terremotu ꝓſtratꝰ. iacēs quoqꝫ miraclo. Atꝫ de ſeptē mirabilibus vnū fuit: hec inſula in oriētali ꝓmōtorio ſita. Que et portubꝰ ⁊ viȷs et menibꝰ olim ſicͭ ⁊ nūc ceteras aſie vrbes ſupauit. Multa hꝫ ciuitas bella ⁊ a turcis ꝑpeſſa fuit damna. Necꝫ vllo pacto turcis reſtitiſſet. niſi milites btō iohāni dicati curā īſule recepiſſēt Qui nō ſolū inſulā tutati ſūt ſed ⁊ Cypris aliȷs finitimiſ xpianis auxilio eſſe cepeřt Anno igiť. Mccc. viȷ. In ꝑtātem xpianoꝝ ꝑuenit Turci vero vicibꝰ q̄tuoꝛ dictā oppugnaueřt vrbē. Nouiſſime anno. Mcccclxxx. Machometus ottomanus Turcoꝝ impatoꝛ ductis in rhodios. c. milibꝰ armatoꝝ. ⁊ ſexdecī ingētibꝰ machinis. hāc vēdicare ⁊ rhodioꝝ militū religioneꝫ delere ꝓpoſuit. Tandeꝫ poſt cruentiſſima ꝑlia auxilio mgr̄i petri danbuſon natione galli Turci cum ignominia ſunt repulſi.

Rhodis